

LÓKÖS PÉTER

CSABAI MÁTYÁS

ENCOMIUM SERVATAE AGRIAE ANNO MDLII CÍMŰ KÖLTEMÉNYE*

Csabai Mátyás (†1562), aki a Dobó család támogatásával folytatta tanulmányait előbb Leonard Stöckel bártfai iskolájában, majd 1555. április 13-tól a wittenbergi egyetemen,¹ két latin nyelvű panegirikuszban örökítette meg Dobó István 1552-es hőstettét. Tulajdonképpen nem is két különböző költeményről van szó, hanem ugyanannak a versnek egy rövidebb és hosszabb változatáról. A 236 soros *Encomium Servatae Agriae Anno MDLII* (1555) Georg Hoffgreff nyomdájában jelent meg Kolozsvárott, a 650 soros *Encomium arcis Agriae mirabiliter ac vere divinitus servatae anno Domini M. D. LII.* (1556) című művet pedig Georg Rhaw nyomdája adta ki Wittenbergben.²

Hosszú ideig csak az 1556-os változat volt ismert a kutatók előtt, mert az *Encomium Servatae Agriae Anno MDLII* nyomtatvány egyetlen ma ismert példányát csak 1963-ban fedezte fel Borsa Gedeon.³ A Wittenbergben megjelent hosszabb változat szövegét Bodola Gyula *Dobó István a magyar költészetben* című könyvének függelékeként már korábban kiadta.⁴ A Kolozsvárott megjelent első változat szövege azonban eddig nem volt olvasható modern kiadásban. A nyomtatvány egyetlen fennmaradt példányát ma a bécsi Österreichische Nationalbibliothek őrzi, Magyarországon csak az Országos Széchényi

* A tanulmány a Bolyai János Kutatási Ösztöndíj keretében készült.

¹ *Memoriae Ungarorum qui in alma condam universitate Vitebergensi a tribus proxime concludendis seculis studia in ludis patriis coepta confirmarunt, concinnatae studio et opera Ioannis Ladislai BARTHOLOMAEIDES olim academiae hujus civis nunc Kövini V. D. ministri, Pesthini, Typis Joannis Thomae Trattner, 1817, 28. – Életéről lásd FRANKL Vilmos, *A hazai és külföldi iskolázás a XVI. században*, Bp., 1873, 104; SZINNYEI József, *Magyar írók élete és munkái*, II, Bp., 1893, 44; KEMÉNY Lajos, *Csabai Mátyás*, ItK, 19(1909), 178–179; Uő, *Csabai Mátyás levelei*, ItK, 22(1912), 476–480.*

² Vö. *Régi magyarországi nyomtatványok 1473–1600*, kiad. BORSA Gedeon, HERVAY Ferenc, HOLL Béla, KÄFER István, KELECSÉNYI Ákos, Bp., 1971, 174; SZABÓ Károly, HELLEBRANT Árpád, *Régi magyar könyvtár*, III, *Magyar szerzőktől külföldön 1480-tól 1711-ig megjelent nem magyar nyelvű nyomtatványoknak könyvészeti kézikönyve*, Bp., 1896, 131. – Mindkét szöveg immár magyarul is olvasható: „Jó Dobó miatt sok terekök vesznek”: *16–17. századi költők és krónikások az 1552-es egri ostromról*, vál., előszó, bev., jegyz. LÓKÖS Péter, Bp., 2008.

³ Vö. BORSA Gedeon, *XVI. századi magyarországi nyomtatványok a bécsi Nationalbibliothekban*, MKsz, 80(1964), 162–166.

⁴ BODOLA Gyula, *Dobó István a magyar költészetben. Függelék, Chiabai: Encomium arcis Agriae, Wittenberg 1556*, Kolozsvár, 1908.

Könyvtárban őrzött mikrofilmen férhető hozzá.⁵ Ezért láttuk tehát indokoltnak, hogy egy rövid bevezetővel ellátva közzétegyük az *Encomium Servatae Agriae Anno MDLII* szövegét. De az egri ostromleírások között elfoglalt helye, illetve az a tény, hogy ez a költemény (és hosszabb változata) a Dobó Istvánnal összefüggésbe hozható egyetlen egykorú panegirikus mű, szintén indokolja, hogy a szélesebb közönség számára hozzáférhetővé váljon.

Korábban Csabai költeményét (a hosszabb változattal együtt) többen verses históriának, históriás éneknek tartották,⁶ holott itt valójában dicsőítő költeményről van szó, melynek címzettje Dobó István, egy olyan felfelé ívelő pályájú ember, akit az egri ostrom után I. Ferdinánd erdélyi vajdává nevezett ki és bárói rangra emelt, és aki a 16. század második felében Magyarország egyik leggazdagabb főura volt. Egy ilyen személyiség és a Dobó család számára nyilvánvalóan fontos volt, hogy dicső tette írásban is megörökíttessen. A panegirikusz élő személyek politikai tendenciák vezette dicsőítésére szolgált. A humanizmus korában a panegirikuszok gyakran szolgáltak egyfajta szellemi fegyverül egy-egy személy vagy család egyéni céljait, propagandáját szolgálva, hogy ezzel is befolyásolják a közvéleményt.⁷ Nyilván nem véletlen, hogy a nyomtatvány Erdélyben jelent meg, hiszen Dobó ekkor már – Kendy Ferencsel együtt – Ferdinánd erdélyi vajdája volt, s e költemény Dobót és rajta keresztül Ferdinánd királyt népszerűsítő műként is szolgálhatott.

Csabai művében felvonultatja a claudianusi panegirikusz számos fontos elemét.⁸ Az erdélyi vajdához, Dobó Istvánhoz intézett megszólítás után egy prózában íródott előszó olvasható. Ebben – a szokásos szerénység-toposz kíséretében – kifejti, hogy a legnagyobb dicsőret az átlagos tetteket felülmúló vitézséget illeti, amilyen az egri ostrom során mutatott vitézség is, hiszen ez semmilyen korábbi példával össze nem hasonlítható. Ezután arról szól, hogy mi indította műve megírására: a dicső tetteknek nem szabad feledésbe merülni a költők hanyagsága miatt. Az antik időktől kezdve gyakori toposza ez az irodalomnak, a humanizmus korában különösen gyakran bukkan fel a híres személyiségek tetteit megörökítő életrajz-irodalomban.⁹ A harmadik bekezdésben Csabai kifejti azt is, miért latinul írta meg művét. Bár helyes, hogy némelyek magyarul versebe szedve megéneklék a kor eseményeit, hiszen e költemények, amellet, hogy a fület gyönyörködtek és szórakoztatnak, az események emlékének megőrzését is szolgálják. A dallamokban foglalt dolgok pedig tartósabban rögzülnek az emberi elmében, mint az egyszerűen elbeszéltek. Ezek az énekek azonban csak egyetlen nyelven érthetők. Amit viszont latin

⁵ OSZK, Régi Nyomtatványok Tára, FM2/2555.

⁶ Vö. BORSA–HERVAY–HOLL–KÄFER–KELECSÉNYI, *i. m.*, 174; BITSKEY István, *Az egri vár viadala a XVI–XVII. századi irodalomban*, Agria: Az egri Dobó István Vármúzeum Évkönyve, 38(2002), 192.

⁷ GERÉZDI Rabán, *Janus Pannoniustól Balassi Bálintig: Tanulmányok*, Bp., Akadémiai, 1968, 26.

⁸ A hosszabb változat részletes elemzését lásd LÖKÖS Péter, *Tinódi Sebestyén és Csabai Mátyás: az 1552-es egri ostrom két első megörökítője = Tinódi Sebestyén és a régi magyar verses epika: A 2006. évi budapesti és kolozsvári Tinódi-konferenciák előadásai*, szerk. CSÖRSZ Rumen István, Kolozsvár, Kriterion, 2008, 199–214.

⁹ KLANICZAY Tibor, *A nagy személyiségek humanista kultusza a XV. században* = K. T., *Pallas magyar ivadékai*, Bp., Szépirodalmi, 1985, 45.

nyelven írnak, arról más nemzetek is tudomást szerezhetnek. E bekezdésben Csabai nyilvánvalóan a históriás énekekre utal, hogy konkrétan Tinódira gondol-e vagy más költőkre, nem lehet egyértelműen eldönteni. A negyedik bekezdésben – ismét a szerénység-toposz kíséretében – ehhez még hozzáfűzi: mindenekelőtt jótevőjének, Dobó Istvánnak, illetve az egri ostromnak kíván maradandó emléket állítani.

Ezt követi maga a költemény. Már Dobó István névadása (Stephanus) is jelzi nem mindennapi életútját, hiszen joggal illik fejére koszorú. A költő itt egy szójátékkal a görög στεφανος szóra utal. Majd háláját fejezi ki, hogy Dobó megvédte Egert és ezzel a hazát is. Hála illeti a többi várvédőt is, de a kapitány és a legbátrabb hős mégiscsak István volt. Az ostrom időpontjának megemlítése után a város és a vár rövid jellemzése következik, kiemelve a táj gazdagságát, termékenységet. A „fertilitas Pannoniae” toposzon kívül egyébként versében nem fordul elő a törökellenes költészet többi gyakori toposza („propugnaculum Christianitatis”, „flagellum Dei”, „querela Hungariae”). Ezután a két várnagyot, Dobó Istvánt és Mekcsey Istvánt, illetve a további főbb kapitányokat sorolja fel (Pethő Gáspárt, Bornemissza Gergelyt és Zolthay Istvánt). Bornemissza Gergellyel és Zolthay Istvánnal kapcsolatban megjegyzi, hogy ők ketten soha nem harcoltak máshol, és őket utóbb majd elfogják a törökök. A két várvédő 1554 októberében Pásztó mellett valóban török fogságba esett, ezt azonban Tinódi már nem említi. Ez tehát azt bizonyítja, hogy Csabai nem csak Tinódit használta forrásul, hanem szóbeli értesüléseket is. Bornemissza és Zolthay fogságba esése olyan hír volt, ami a szerencsétlen kiemenetelű akció után néhány héten belül eljutott Csabaihoz, hiszen művét 1554. december 1-jével keltezi. Zolthayról – Tinódihoz hasonlóan – a történelmi tényeknek megfelelően megemlíti még, hogy negyven lovast vezetett.

Ezt követően áttér a török sereg felvonulásának leírására. Csabai hasonlatai (65–72. sor) a költő humanista műveltségéről, olvasmányélményeiről tanúskodnak, hiszen az ilyen hiperbolikus hasonlatok az ellenséges sereg hatalmas számáról jól ismertek az ókori eposzokból (például *Íliasz*, II. ének; *Aeneis*, VII. ének), illetve a Bibliából (például Bír 6,5 és 7,12). Csabai egyébként nem túloz a túlerőt illetően, hiszen tudjuk, hogy a várat körülbelül 2000 ember védte. A hosszabbik változat címében a költő 150.000 ostromló törököt említi, ennyire becsülték Dobóék is a török sereg létszámát.¹⁰ Valójában a török katonák létszáma 40.000 körül lehetett,¹¹ de még így is hatalmas volt a túlerő. Ám a hatalmas lelkű Dobó – folytatja Csabai – nem futamodik meg: e hőstett számos hőstettnél is nagyobb, hiszen Szulejmán mindent megszerzett eddig, amit akart, így Temesvárt és Szolnokot is.

Dobó magasztalása után megemlíti a szikszói gyűlést s átveszi a Tinódinál olvasható választ is (104).¹² Tinódihoz hasonlóan Csabai sem említi a második szikszói gyűlést. Ali pasa szavai szintén Tinódi ismeretét bizonyítják (109–110).¹³ Csabai – Tinódihoz

¹⁰ Vö. SUGÁR István, *Tinódi egri históriás énekei*, Eger, Gárdonyi Géza Társaság, 1974, 256–257.

¹¹ Vö. SUGÁR István, *Az egri vár históriája*, Bp., Zrínyi, 2002, 62.

¹² „Azért ha az koncával jól laktatok, / Az levét es reá ti megigyátok” (*Eger vár viadaljáról való ének*, 247–248).

¹³ Ezek a sorok Tinódinál a mű végén olvashatók: „Rossz akolnak mondta vég Egör várát, / Barmoknak mondta az porkolábokat” (1544–1545).

hasonlóan – megemlíti azt is, hogy az a hír járta, hogy elmenekült a várkapitány. Antik példákkal (Héraklész, Ulysses) érzékelteti, mily nagy lelemény jellemezte Dobót a védelem során. A 135–140. sorok úgy értelmezhetők, hogy Csabai Dobónak tulajdonítja Bornemissza Gergely furfangos hadi szerszámain. (A vers hosszabbik változatában már nem.) Majd ismét kiemeli, hogy csak a hősi vezérnek köszönhető, hogy megmenekült Eger, amelynek három nagy ostromot kellett kiállnia. Minthogy Csabai nem tudósító históriás éneket, nem verses históriát írt, így nem is célja, hogy Tinódihoz hasonlóan történetírói pontossággal dolgozza fel az ostrom eseményeit. Természetes, hogy az ostrom sok mozzanatát (például Hegedűs István árulási kísérletét, a lőporrobbanást) nem említi meg, de hiányzik a védők nevének felsorolása, a várták elosztása is. A 155–158. sorokban megemlíti, hogy saját szemével látta a kocsinyi rést a falon.

Ezt követően a panegirikuszok egyik kedvelt eszközével, az adynatonnal érzékelteti Dobó hősi tetteinek nagy számát (161–164). A török végül megalázottan kénytelen elvonulni a negyven napig tartó ostrom után. A költő rámutat, hogy ha Eger elesett volna, akkor Pannonia egyetlen csücske sem maradt volna szabad. És ki szakasztana zamatos levű fürtöt Tokaj szőlőiről? Aggastyánt, gyereket gyilkolt volna le a török, sok özvegy és árva siratná halottait, emberek sokaságát fűzte volna rabszíjra. Ezek a korabeli török tárgyú írásművek negatív törökábrázolásának kedvelt példái. Isten segítségével azonban Dobónak köszönhetően az egész ország megmenekült. Végezetül a költő annak a reményének ad hangot, hogy majd méltóbb művel is zengheti Dobó dicsőségét. Ezen ígérletét egy évvel később be is váltotta.

Encomium Servatae Agriae
Anno MDLII.

Laudabunt alios alii, mea Musa Dobones
Ornet, qui studiis consulere meis.

Impressum Colosvarini Anno 1555

Spectabili et Magnifico Domino Stephano
Dobo de Ruszka, Vayvodae Transylvano
ac Siculorum Comiti, Domino et Patrono
observandissimo

Officiorum suorum cum omni fidelitate promptam commendationem. Vellem sane, spectabilis et Magnifice domine, patroneque mihi semper observandissime, uberiorem a Deo Opt[imo] Maximo concessam esse mihi bene dicendi facultatem, ut fortia factae S[pectabilis] et M[agnificae] D[ominationis] vestrae, aliorumque optimorum virorum militarium, qui cum vestra M[agnificentia] excellentem, imo inauditam in nostro regno, ad conservationem Reliquiarum afflictissimae huius nostrae Reipublicae in propugnatione arcis Agrienis operam navaverunt, pro dignitate celebrare possem. Quaelibet enim

Virtus est quidem digna, ut a singulis quantum cuiusque ingenii facultas partitur, suo loco predicetur: sed ea demum maximam laudem meretur, quae communem reliquorum actionem prae se longissime superat: cuiusmodi hanc esse, de qua nunc memini (cum nullum ei exemplum comparari possit) omnes boni, huius virtutis conscii, optimi testes esse potuerunt.

Atque haec sola potest dari ratio, cur veterum Graecorum et Romanorum fortia facta, in hanc usque nostram aetatem, cum summa aliorum laude, quorum et in domesticis et bellicis officiis egregie vixit industria, in memoria hominum permanserint, perpetuoque sint permansura, quod ea beneficio literarum posteris memoranda prodita sunt. Nostram autem Rempublicam ex incuria eorum, qui res memoria dignas ab oblivione hominum atque a silentio, quantum praestare potuissent, vindicandas non curaverunt, non parum accepisse incommodi, omnibus sanis constat. Nam quae literis fidelibus rerum gestarum custodibus, non mandatur, (ut nostrorum maiorum res plerumque sunt neglectae) ea temporis longinqui revolutio, ut in nihilum redigat, necesse est.

Quod autem quidam historias nostrae aetatis cantionibus quibus frequentes hominum coetus tenent, comprahendere soliti sunt, id quidem ego non vitupero: Nam praeter id quod ad demulciendas aures voluptatemque honestam faciunt, etiam memoriae rerum gestarum serviunt. Et res notis distinctae convenientibus, mentibus hominum tenacius, quam simpliciter expositae inhaerent. Sed ea omnia unius tantum sunt linguae, nec caeteris communia. Nam quae nostra lingua scripta sunt, ea in aliis, nedum intelligi, sed ne legi quidem commode possunt. Iam vero, quis est, qui non videat, linguam nostram, angustis admodum Pannoniae, hoc tempore praecipue, in quo omnia fere amisimus, finibus terminari? Sed quae in latina lingua scribuntur, ea ad infinitas nationes propagari. Maius ergo, meo iudicio, operae precium faciunt, ii, qui res gestas aliorum, ea maxime lingua, quae plurimis nota est, describere conantur. Quod si ab initio nostrae Reipublicae sedulo fuisset factum, plures profecto inter nostros inventi fuissent, qui ad nominis sui immortalem gloriam certatim contendissent. Sed haec ego sero et frustra in his temporibus queror, in quibus nihil nisi opes et potentia, contemptis iamdudum eruditione et iustitia dominantur. Quare, oratione opus est ut eo, unde huc diverterat, redeat.

Quamquam igitur hoc tenue scriptum, quod a me non solum admiratio virtutis vestrae M[agnificentiae], verum etiam mei offitii ratio, prope suo quodam iure extorsit, non iudico dignum, per quod res vestrae M[agnificentiae] praeclare gestae praedicentur. Tamen cum hoc a me sine nefario scelere praetermitti non potuerit, scripsi hoc quaecumque carmen, quo et animi mei erga vestram M[agnificentiam] pro immortalibus beneficiis in me collatis gratitudinem declarerem, et Agriensis oppugnationis memoriam, cum perpetua tui tuorumque nominis laude posteris quasi in summa memorandam relinquerem.

Vestrae itaque M[agnificentiae] erit, non tam carmen ipsum quam meum erga vestram M[agnificentiam] animum gratum aequi bonique consulere. Post si Deus longiore me vita, de qua non dubito et solidiore eruditione, quam sedulo sector, donaverit, omni opera et studio enitar atque contendam, ut ea omnia, secundum Deum ad ornandam familiam Dobonum, vestra M[agnificentia] collata esse cognoscat. Quam una cum omnibus ad se pertinentibus bene et foeliciter valere cupio. Datae in vestrae M[agnificentiae]

Castello Palotz, Cal[endae] Decembris 1554.

Eiusdem S[pectabilis] et M[agnificae] D[ominationis] vestrae

obsequentissimus ad omnia
Mathias Chyabai.

Encomium

Servatae Agriae per excel-
lentem virtute et nobilitate virum,
Dominum Stephanum Dobo, et
eius collegam Stephanum Metskei
aliosque viros militares.

MDLII.

Nunc canere incipiam (faveant mihi Numina coeptis),
Agria quam sensit clara Dobonis opem.
Qui est medius fratres inter Stephanusque vocatur
Et merito namque hunc sacra corona decet.
5 Pulchraque cum laudem virtus mereatur amatam,
Quis tua praetereat fortia facta Dobo?
Praecipue quibus Agria te servavit ab hoste,
Et servans totam non minus Ungariam.
Continuis quae iam languebat fessa periclis,
10 Dum cupit hanc Turcus subicere imperio.
Communem hanc laudem sociis non invidet illis,
Qui Stephano auxiliis praesto fuere suis.
Dic mihi, Musa, viri quam multa pericula fortes,
pro patria tulerint obsidione gravi.
15 Inter et hos Stephanus caput et fortissimus Heros,
Quas hostis vires pertulit ipse Dobo.
Additus ad mille et quingentos iamque secundus
Annus et his fuerant addita lustra decem
Non procul hinc aberat calcandis sordidus uvis
20 Autumnus, cunctis gaudia grata ferens.
Omnibus haud pariter fuit annus at iste secundus.
Nam pene hoc regnum Pannoniae interiit.
Arx antiqua fuit, sacris opulentaque donis,
Agria quae dicta est nomine clara suo.
25 Hoc Stephanus castrum Divus fundaverat olim,
Qui Rex Pannoniae fortis et aequus erat.
Tempore quo unus erat millesimus actus et annus,

- Mos est a Christo sic numerare dies.
Terra ferax dulcis Bacchi pinguisque farinae,
30 Copia magna avium, copia magna ferae.
Non natura locum non ars firmarat amoenum,
Iste voluptatis, sed paradisi erat.
Conditor haud voluit saevos his moenibus hostes,
Pellere, nec vires exeruisse suas.
- 35 Relligiosorum coluit sed turba virorum,
Dum Res Pannoniae floruit egregie.
Utque sacerdotes Dominum hic in vota vocarent,
Quomodo sed faciant, sunt tibi nota Deus.
Tempora sed postque sunt deteriora secuta,
40 Barbarus et Regnum coepit habere bonum.
Praesidium subito arcibus impositum est validum, quod
Prodesset late finibus Ungariae.
Postremo duo te Stephani Agria rite regebant,
Alter eratque Dobo, Metskei et alter erat.
- 45 Non alius fuit his usque prudentior arcis
Praefectus, nec eis fortior ullus erit.
Adfuit et Caspar magna de stirpe Pethenum,
Hic equiti certo praefuit imperio.
Praesidioque Gregorius his adiunctus erat, qui
- 50 Dulcia non curat munera, Bacche, tua.
Hicque sui ingenii obsidionis tempore toto
Militiaeque bonae plurima signa dedit.
Militi et hic pedibus pugnanti praefuit omni
Tempore quo mansit obsidionis onus,
- 55 Intererat Stephanus Zolthanus Rege iubente,
Quattuor hic denos rite regebat equos.
Hi duo militiae necquicque signa dederunt,
Nam sunt post facti praeda petita Scythis.
(Ah res humanas quanta inconstantia versat,
60 qui cavuit magna, ut concidat in minimis.)
His operas sociis dum Dux partitur in horas,
Inque sua miles iam statione manet.
Turcicus interea Caesar cum Marte potente,
Occupat ut castrum, misit ab urbe truci.
- 65 Ille quidem misit tot, quot numerantur aristae,
Dum segetes aestas reddere lacta solet.
Quot folia aut sylvis passim nascuntur opacis,
Quot pisces numero aut aequora salsa tenent.
Defuit hic (breviter) praesentia sola Tyranni

- 70 Vires sed totas miserat ille suas.
Candida nam veluti in campis nix fulget apertis,
Sic Scythicis velis terra adoperta fuit.
Sed tamen invictus Stephanus tunc mansit in arce,
Invicti socii corde movente Deo.
- 75 Namque suas spes in Domino posuere potente,
Isque Tyranne minas fregit acerbe tuas.
Quod factum merito quis non miretur in orbem:
Quis non extollat laudibus usque piis.
Nihil etenim potuit fieri unque pulchrius isto
- 80 Nulli unque facto maior habendus honor.
Nam superat multorum fortia facta virorum,
Hoc Scythicis superat Caesaris atque minas.
Pannoniae dum res Gethicis turbatur ab armis,
Non est exemplum quod simile esse queat.
- 85 Omnia nam loca quae hic tentavit habere Tyrannus,
(Proh dolor) haec eadem iam tenet ille manu.
Utque alia omittam loca quae sunt capta per hostem,
De quibus haec fama ut non caperentur erat.
Nonne vides Szolnoc et inexpugnabile Themes
- 90 Quam misere duris succubuere Scythis.
Quae loca dum nimium sunt fortia credita cunctis,
Iusto et Praefectis plus tribuere suis.
Tunc subito domini spoliati robore firmo,
Hostibus et facti praeda petita malis.
- 95 Agria quis contra vires te ferre Tyranni
Diceret – aut Stephani posse manere putet.
Namque tribus vinci hanc alii vel posse diebus,
Sed sex ad summum quilibet ore canit.
Dum petit auxilium Stephanus, responsa superba
- 100 Praelati in Sixo dant et avara simul.
Si ex castro Stephanus sibi commoda mille paravit,
Arcis cur nollit tanta pericla pati.
Sed placet hanc causam dictis exponere verbis,
Carnibus absumptis iura bibenda manent.
- 105 Quo non livor adit! Vellent ii te Agria captam,
Atque Duces fortes hostibus esse datos.
Heu quanto miseri cives livore tabescunt,
Ut pietas patriae frangere nulla queat,
Et castro nomen castratus dixit ouile
- 110 Magnanimosque Duces dixit et esse boves.
Sed quod maius erat, praefectos, hostibus arcem

ItK

Irodalomtörténeti Közlemények
200; . CZ XXX évfolyam 5. szám

- Turpiter, ut pateat, linquerere, fama fuit.
At virtute Ducum hos Dominus confudit aperte,
Et puduit stultos dicere vana viros.
- 115 Sic etenim Stephanus castris prospexerat ante,
Miles ut obsessus nullius esset egens.
Copia non Cereris, Bacchi non defuit unque –
Militis haec fessi membra levare solent.
Tormentis poterant hostes arcere superbos,
- 120 Et submoverunt barbara signa loco.
Sic etiam seipsum Dobo Caesaris obtulit armis,
Militis atque Ducis par fuit officio.
Cum sociis vultu semper fuit ille sereno,
Praeteritis tumuit sed graviora malis.
- 125 Imperat interdum sociis, sed et ipse laborat,
Obiurgat pigros laudat at ille bonos,
Confortat timidos, animosis praeit, ut omnis
Exemplo simili se velit esse virum.
Nulla fames hominem fortem, non cura coërcet,
- 130 Languida nec dulci membra sopore fovet,
Sed vigili cura sociorum nocte dieque
Res animo versat, ceu tueatur eos.
Non Ithacus maiora tulit non Hercules ipse,
Quam celebris per quos Agria salva manet.
- 135 Quid referam, quod consiliis ex tempore captis,
Hostes confudit victor et ipse fuit.
Nam verubus Turco palmas candentibus ussit,
Fugit et hic ventis ocyor Eure tuis.
Igne volante rota multorum colla cremavit,
- 140 Ut tactum se hostis crederet igne Iovis.
Saepius in muris armatus constitit altis,
Fortius hunc contra dum tulit arma Getas.
Ah quibus hic verbis est exhortatus amicos,
Pugnantes secum, quando nec esse fuit.
- 145 Quis vetuit muros hostem transire patentes?
Principis ingenium militis atque labor,
Quis potuit tandem insultus tam ferre frequentes,
Quos hostis pariter nocte dieque dedit?
Magnanimo haec Stephano potuerunt parva videri
- 150 Debita dum patriae redderet officia.
Ut taceamque isthaec dicam mirabile dictu,
Id narret semper posteritasque suis.
Ter castrum validis invasit viribus hostis,

- (et iacuit murus) terque repulsus erat.
155 Sic patuit murus, binis ternisque quadrigis
Ut pariter iunctis ire liceret equis.
(Ne dubita nec enim tibi fabula ficta probatur,
Lustravi coram lumine cuncta meo.)
Insuper obsessos hostis sine fine petebat,
160 More lupi clavas circumeuntis oves.
Sydera sed citius pulchris numerantur in astris,
Virtutes Stephani quam numerare queam.
Ipse lupus cicius teneris sibi parceret ab agnis,
Quam tua nunc valeam, dicere facta Dobo.
165 Omnia cunque sub arce hostis tentasset avarus,
Cumque nihil virtus proficeretque dolus.
Viribus hinc tandem fractis pudefactus abivit,
Et soluit fortes obsidione viros.
Nox erat atque homines passim sopor altus habebat
170 Lunaque iam fessos alta regebat equos,
Tum properare citi equorum abscindere funes,
Et male frenatis addere calcar equis
Praecipitesque ruunt nota regione viarum,
Effusaeque fugae non modus ullus adest.
175 Qui sibi nunc hostis palmam magnosque triumphos
Stulte promisit, signa retorta gerit.
Tantum servati semper valet ordinis usus,
Consensus tantum militis atque Ducis.
En arcem, enque Duces bello quos Turce petisti,
180 An ita coepisti, turpiter auffugiens?
Sic capient arces illi, sic regna parabunt,
Fidentes Domino qui nihil esse putent.
Obsidio quaeras mansit quot forte diebus?
Quattuor haec denos permanet usque dies.
185 Tunc meritas Domino grates laeti ore sonabant.
Gratia, dicentes, sit tibi summe Deum.
Qui populum servasti ex saevi fauce Draconis,
Sic Domino sidens experietur opem.
Dii faciant ut sint plures hoc tempore tales,
190 Qui servent patriam sanguine ab hoste piam.
Quam speciem quaeso Ungariae nunc esse putares
Si Scythicis armis Agria capta foret?
Urbes quas in ea salvas mansisse videret,
Agria si Stephani non valuisset ope?
195 Quae tandem pars Pannoniae nunc salva maneret,

- Si tunc vicisset Turcica Barbaries?
 Quive putas in te nascentes optima Thokay
 Perdulces uvas carperet inde manu?
 Quam miseram speciem matrum cum prole fugentum,
 200 Vidisses multos duci et ab hoste viros.
 Vidisses alios vinctis post terga lacertis,
 Respicere et frustra rura laremque suum
 Quam multosque senes gladio cecidisse superbo,
 Infantum miseris corpora fixa modis.
 205 Virginibus castis hostem eripuisse pudorem,
 Vidisses teneras stringere vincla manus.
 Agria non sola est igitur servata potenter,
 Auxilio Domini viribus et Stephani.
 Tota sed Ungariae tellus servatur ab hoste,
 210 Quo nihil in toto saevius orbe fuit.
 Iure ergo Domino primum persolvimus ipsi
 Grates, qui Stephano pectora firma dedit
 Iure etiam efferimus magnis iam laudibus, omni
 Tempore cordatos magnanimosque Duces.
 215 Postremo laudemque meretur miles et ipse
 Sanguine qui patriam servat ab hoste suam.
 Nunc igitur patres pueri innuptaeque puellae
 Et matres Domino talia verba sonent.
 Sit tibi summe Deum cum Nato et Flamine Sancto
 220 Gloria, qui servas Numine cuncta tuo.
 Da Deus ut nostris Ducibus sint pectora firma,
 Da valeant hostes vincere rite suos.
 Perpetuis ut te celebremus carmine et hymnis,
 Quod semper nostras suscipis aure preces.

*

- 225 Haec tibi pro meritis sterili mittuntur ab arvo,
 Solvisti patriae, quae, Dobo, rite tuae.
 Et quamvis scripto hoc tenui maiora mereris,
 Denique alii factus carmina digna piis.
 Nec tamen est prorsus mea contemnenda voluntas,
 230 Dum cupiam rebus consuluisse tuis.
 Nam tacuisse tuam laudem scelus esse putassem,
 Cum semper meritis utar et ipse tuis.
 At mihi cum segetes hortus produxerit amplas,
 Carmine tunc dominum fertiliore colam,

ItK

Irodalomtörténeti Közlemények
200; . CZ ~~KK~~ évfolyam 5. szám

235 Interea haec animo placido vultuque sereno
Ut data sunt legito, et consule, quaeso, boni.

Impressum Colosvarini
Per Georgium Hoffgrevium
Anno M.D.LV.